



A. CORN. CELSI

# MEDICINAE

LIBER PRIMUS.

PRÆFATIO.

**U**T ALIMENTA sanis corporibus Agricultura, sic ⁊ sanitatem aegris Medicina promittit. Haec nusquam quident non est. Siquidem etiam imperitissimae gentes herbas, aliaque prompta in auxilium vulnerum morborumque noverunt. Veruntamen apud Graecos aliquanto magis, quam in caeteris nationibus, exulta est: ac ne apud hos quidem à prima ⁊ origine, sed paucis ante nos seculis; utpote cum vetustissimus auctor AEsculapius celebretur. Qui, quoniam adhuc rudem & vulgarem hanc scientiam paulo subtilius excoluit, ⁊ in deorum numerum receptus est. Hujus deinde duo filii, Podalirius & Machaon, bello Trojano duces Agamemnonem secuti, non medicrem opem commilitonibus suis attulerunt.

Parif. Ed. ARTIUM A. CORN. CELSI LIBER PRIMUS INCIPIT. Mediol. Ed. etiam addit INCIPIT. a Par. abest vox PRÆFATIO.

1 De Vet. Med. Tom. VIII. 22. 2 De Vet. Med. III. 8. 3 Orat. Theflal. N. 178. 4 Orat. Thefl. 183. Maxim. Tyr. Dissert. XXI. Plato de Rep. lib. II. pag. 407. Tom. II. ed. H. Steph. Aristides Orat. in Asclepiada.

A

lerunt. Quos tamen Homerus non in pe-  
 filentia, neque in variis generibus mor-  
 borum aliquid attulisse auxilii, sed vulne-  
 ribus tantummodo ferro & medicamentis  
 mederi solitos esse proposuit. Ex quo ap- 5  
 405, 29. paret, has partes medicinae solas ab his ef-  
 se tentatas, easque esse vetustissimas. Eo-  
 demque auctore disci potest, morbos  
 tum ad iram deorum immortalium rela-  
 tos esse; & ab iisdem opem posci solitam. 10  
 Verique simile est, inter non multa auxi-  
 lia adversae valetudinis, plerumque tamen  
 eam bonam contigisse ob bonos mores,  
 quos neque desidia, neque luxuria vitia-  
 rant. Siquidem haec duo corpora, prius in 15  
 Graecia, <sup>1</sup> deinde apud nos affixerunt.  
 Ideoque multiplex ista medicina, neque  
 olim, neque apud alias gentes necessaria,  
 vix aliquot ex nobis ad senectutis princi-  
 pia perducit. Ergo etiam post eos, de qui- 20  
 bus retuli, nulli clari viri medicinam ex-  
 exercuerunt; donec majore studio litera-  
 rum disciplina agitari coepit. quae ut  
 animo praecipue omnium necessaria, sic  
 corpori inimica est. Primoque medendi 25  
 scientia, sapientiae pars habebatur, ut &  
 morborum curatio, & rerum naturae con-  
 templatio sub iisdem auctoribus nata sit:  
 21, 30. scilicet his hanc maxime <sup>2</sup> requirentibus,  
 qui corporum suorum robora inquieta 30  
 cogitatione, nocturnaue vigilia minue-  
 rant. Ideoque multos ex sapientiae pro-  
 fessoribus peritos ejus fuisse accepimus:  
 clarissimos vero ex his Pythagoram, &  
 Empe-

1. 7. Florent. ed. Eodem vero auctore. l. 11. M. inter  
 nonnulla auxilia. l. 19. M. F. P. aliquos. l. 21. P. non-  
 nulli clari.

1 Serv. ad Virgil. Aen. 1. 641. Isidor. Orig. lib.  
 XIV. c. 3. p. 1162. Suidas V. *Αἰσθητικῶν*. 2 Caelius Au-  
 relian. Tard. Pass. lib. v. cap. 9. Hippocrat. Democrit.  
 de Nat. Hom. 13.

Empedoclem, & Democritum. Hujus autem (ut quidam crediderunt) discipulus Hippocrates Cous, primus quidem ex omnibus memoria dignis, ab studio sapientiae disciplinam hanc separavit, vir & arte & facundia insignis. Post quem Diocles Carystius, deinde Praxagoras & Chrysi-  
 5 pus, tum Herophilus & Erasistratus sic artem hanc exercuerunt, ut etiam in diversas  
 10 curandi vias processerint.

Iisdem temporibus in tres partes medicina diducta est: ut una esset, quae victu: altera, quae medicamentis: tertia, quae manu mederetur. Primam *ἀγαθὰν τέχνην*, secundam *φάρμακον*, tertiam *χειρουργικὴν* Graeci nominaverunt. Ejus autem, quae victu morbos curat, longe clarissimi auctores etiam altius quaedam agitare conati, rerum quoque naturae sibi cognitionem  
 15 vendicaverunt, tanquam sine ea, trunca & debilis medicina esset. Post quos Serapion, primus omnium, nihil hanc rationalem disciplinam pertinere ad medicinam, professus, in usu & experimentis eam posuit.  
 25 Quem Apollonius, & Glaucias, & aliquanto post Heraclides Tarentinus, & alii quoque non mediocres viri secuti, ex ipsa professione se *ἐμπειρῆς* appellaverunt. Sic in duas partes ea quoque, quae victu curat,  
 30 medicina divisa est, aliis rationalem artem, aliis usum tantum sibi vendicantibus: nullo vero quicquam post eos, qui supra comprehensi sunt, agitante, nisi quod acceperat: donec Aesclepiades medendi rationem

13, 11.

manca

I. 11. M. F. P. Iisdemque. I. 12. P. divisa est. I. 24. F. in usu tantum & I. 26. M. alii qui non. P. alii aliqui non.

I de Ver. Med. xxxvi. 18. de Steril. xviii. 1.

A

nem magna ex parte mutavit. Ex cuius  
 successoribus Themison nuper ipse quo-  
 que quaedam in senectute deflexit. Et per  
 hos quidem maxime viros salutaris ista no-  
 bis professio increvit.

Quoniam autem ex tribus medicinae  
 partibus, ut difficillima, sic etiam clarissi-  
 ma est ea, quae morbis medetur, ante om-  
 nia de hac dicendum est. Et, quia prima in  
 ea dissensio est, quod alii sibi experimento-  
 rum tantummodo notitiam necessariam esse  
 contendunt: alii, nisi corporum rerum-  
 que naturalium ratione comperta, non satis  
 potentem usum esse proponunt: indican-  
 dum est, quae maxime ex utraque parte di-  
 cantur, quo facilius nostra quoque opinio  
 interponi possit.

Igitur hi, qui rationalem medicinam  
 profitentur, haec necessaria esse propo-  
 nunt: Abditarum & morbos continentium  
 causarum notitiam, deinde Evidentium,  
 post haec etiam Naturalium actionum, no-  
 vissime Partium interiorum. Abditas cau-  
 sas vocant, in quibus requiritur, ex qui-  
 bus principiis nostra corpora sint, quid fe-  
 cundam, quid adversam valetudinem fa-  
 ciat. Neque enim credunt, posse eum scire,  
 quomodo morbos curare conveniat, qui,  
 unde hi sint, ignoret. Neque esse dubium,  
 quin alia curatione opus sit, si ex quatuor  
 principiis vel superans aliquid vel deficiens  
 adversam valetudinem creat; ut quidam  
 ex sapientiae professoribus dixerunt: alia,  
 si in humidis omne vitium est; ut He-  
 ro-

5, 10. 32.

6, 32.

7, 3, 19.

---

*l. 10. F. eo. l. 15. M. F. P. ignorant re naturalium.*

*1 De Flatib. 11. 3. 4. Pallad. ad Hippocr. Epid. vi.  
 pag. 223.*

rophilo visum est: alia, si in spiritu; ut Hippocrati: alia, si sanguis in eas venas, quae spiritui accommodatae sunt, transfunditur, & inflammationem, quam Graeci φλεγμονή nominant, excitat, eaque inflammatio talem motum efficit, qualis in febre est; ut Erasistrato placuit: alia, si manantia corpuscula per invisibilia foramina subsistendo iter claudunt; ut Asclepiades contendit. Eum vero recte curaturum, quem prima origo causae non fefellerit. Neque vero inficiantur, experimenta quoque esse necessaria; sed, ne ad haec quidem aditum fieri potuisse, nisi ab aliqua ratione, contendunt. Non enim quilibet antiquiores viros aegris inculcasse; sed cogitasse, quid maxime conveniret; & id usu explorasse, ad quod ante conjectura aliqua ducti essent. Neque interesse, an initio pleraeque explorata sint, si à consilio tamen coeperunt. Et id quidem in multis ita se habere. Saepè vero etiam nova incidere genera morborum, in quibus nihil adhuc usus ostenderit, ut ideo necessarium sit animadvertere, unde ea coeperint; ceu sine quo nemo mortalium reperire possit, cur hoc, quam illo, potius utatur. Et ob haec quidem in obscuro positas causas persequuntur. Evidentes vero has appellant, in quibus quaerunt, initium morbi calor attulerit, an frigus; fames, an satietas; & quae similia sunt. Occursum enim initio ducunt eum, qui originem non ignorat. Naturales vero corporis actiones appel-

16, 20.

139, 15.

4, 27.

13, 27.

4, 27.

6, 32.

13, 4.

l. 18. M. F. P. ignorant ad. l. 19. F. P. duxisset.  
l. ead. M. E. P. an nunc jam pleraeque. l. 24. P. & ideo  
l. 25. M. F. P. ignorant ceu. l. 32. M. F. P. enim  
vitio.

1 Hippocr. de Arr. xx. 4. 2 Plato de Republ.  
lib. 111. Tom. 11. pag. 405. Lindan. Exercitar. Ba-  
tav. pag. 754.

appellant, per quas spiritum trahimus & emittimus; cibum potionemque assumimus & concoquimus: itemque, per quas eadem haec in omnes membrorum partes digeruntur. Tum requirunt etiam, quare 5  
venae nostrae modo submittant se, modo attollant: quae ratio somni, quae vigiliae fit. Sine quorum noticia, neminem putant vel occurrere, vel mederi morbis, intra haec nascentibus, posse. Ex quibus quia 10  
quam maxime pertinere ad rem concoctio videtur, huic potissimum insistant; & duce, alii, Erasistrato<sup>1</sup>, atteri cibum in ventre contendunt: alii, Plistonico, Praxagorae discipulo, putrescere: alii credunt Hippocrati, 15  
per calorem cibos concoqui. Acceduntque Aesclepiadis aemuli, qui, omnia ista vana & supervacua esse, proponunt. Nihil enim concoqui, sed<sup>2</sup> crudam materiam, sicut assumpta est, in corpus omne diduci. Et haec 20  
quidem inter eos parum constant. Illud vero convenit, alium dandum cibum laborantibus, si hoc; alium, si illud verum est. Nam si teritur intus, eum quaerendum esse, qui facillime teri possit. Si putrescit, eum, in quo 25  
hoc expeditissimum est. Si calor concoquit, eum, qui maxime calorem foveat. At nihil ex his esse quaerendum, si nihil concoquitur: ea vero sumenda, quae maxime manent, qualia assumpta sunt. Eademque 30  
ratione, cum spiritus gravis est, cum somnus aut vigilia urget, eum mederi posse arbitrantur, qui prius illa ipsa, qualiter eveniant, perceperit. Praeter haec, cum in interiori-

4, 27.

*l. 2. potionemque & ars. l. 5. P. degerantur. l. 9. M. F. P. inter haec. l. 10. M. F. P. ignorant quia. l. 23. M. F. aliud, si. l. 27. M. F. P. moveat. l. 32. P. urgent.*

<sup>1</sup> Macrob. Saturn. vii. 15. <sup>2</sup> Caelius Aurelianus. Acut. Morb. l. 1. c. 14.

rioribus partibus & dolores & morborum varia genera nascantur, neminem putant his adhibere posse remedia, <sup>1</sup> quas ipse ignoret. <sup>4, 27, 13, 4</sup> Neccessarium ergo esse, incidere <sup>2</sup> corpora mortuorum, eorumque viscera atque intestina scrutari. Longeque optime fecisse Herophilum & Erasistratum, qui nocentes homines, à regibus ex carcere acceptos, vivos inciderint, considerarintque, etiamnum spiritu remanente, ea, quæ natura ante clausisset, eorumque <sup>3</sup> posituram, <sup>11, 12,</sup> colorem, figuram, magnitudinem, <sup>5</sup> ordinem, durtiæ, mollitiæ, lævorem, confractum: processus deinde singulorum & recessus, sive quid inseritur alteri, sive quid partem alterius in se recipit. Neque enim, cum dolor intus incidit, scire, quid doleat, eum, qui, qua parte quodque viscus intestinumve sit, non cognoverit. Neque curari id, quod ægrum est, posse ab eo, qui, quid sit, ignoret. Et cum per vulnus alicujus viscera patefacta sunt, eum, qui sanæ cujusque colorem partis ignoret, nescire, quid integrum, quid corruptum sit; ideo nec succurrere quidem posse corruptis: aptiusque extrinsecus imponi remedia, compertis interiorum & sedibus & figuris, cognitaque eorum magnitudine: similesque omnia, quæ proposita sunt, rationes habere. Neque esse crudele, sicut plerique proponunt, hominum nocentium, & horum quoque paucorum suppliciiis, remedia populis innocentibus seculorum omnium quaeri.

Contra hi, qui se *ἐμπειράδης* ab experientia

*l. 3. M. F. P. quæ ipse. l. 10. M. F. P. etiam spiritu. l. 13. M. F. livorem. P. livores. l. 22. M. F. P. sanæ cujusquam. l. 24. M. F. P. ita ne succurrere. l. 29. M. F. P. ignorant proposita.*

<sup>1</sup> De Diæt. I. T. 1. Gal. Med. M. l. 2. <sup>2</sup> Cic. T. Q. 11. 39. <sup>3</sup> Tertull. de An. c. 10. & 25. Gal. Adm. An. 111. 5. <sup>4</sup> Gal. ad Eug. de prop. l. p. 501. T. 1. <sup>5</sup> De Vc. Med. xli. 25. seq. Alex. Tral. vii. 3.

tia nominant, evidentes quidem causas, ut  
 necessarias, amplectuntur: obscurarum vero  
 causarum & naturalium actionum quaes-  
 tionem ideo supervacuum esse contem-  
 dunt, quoniam incomprehensibilis natura  
 sit. Non posse vero comprehendi, patere  
 ex eorum, qui de his disputarunt; discor-  
 dia: cum de ista re, neque inter sapientiae  
 professores, neque inter ipsos medicos con-  
 veniat. Cur enim potius aliquis Hippocra- 10  
 ti credat, quam Herophilo? cur huic potius,  
 quam Aesclepiadi? Si rationes sequi velit,  
 omnium posse videri non improbables: si  
 curationes, ab omnibus his aegros perduc-  
 tos esse ad sanitatem. Itaque neque disputa- 15  
 tioni, neque auctoritati cujusquam fi-  
 dem derogari oportuisse. Etiam sapientiae  
 studiosos maximos medicos esse, si ra-  
 tiocinatio hos faceret: nunc illis verba  
 superesse, deesse medendi scientiam. Dif- 20  
 ferre quoque pro natura locorum, ge-  
 nera medicinae; & aliud opus esse Romae,  
 aliud in Aegypto, aliud in Gallia. Quod si  
 morbos hae causae facerent, quae ubique eae-  
 dem essent, remedia quoque ubique eadem 25  
 esse debuissent. Saepe etiam causas apparere,  
 ut puta lippitudinis, vulneris; neque ex his  
 patere medicinam. Quod si scientiam hanc  
 non subiciat evidens causa, multo minus  
 eam posse subicere, quae in dubio est. Cum 30  
 igitur illa incerta incomprehensibilisque  
 sit, a certis potius & exploratis petendum  
 esse praesidium; id est, his, quae experien-  
 tia in ipsis curationibus docuerit, sicut  
 in

18, 33.

119, 15.

L. 15. M. F. P. Ita cum neque. l. 19. M. F. P. hoc fa-  
 ceret. l. 24. M. F. P. eae causae. l. 26. M. F. P. debuif-  
 sent. l. 30. M. F. P. incomprehensibilis sit. l. 33. P. qui:

1 Thessal. orat. 130. Galen. de Simpl. Med. Facul.  
 111. 12. Clem. Alex. Strom. lib. vi. Valeriol. Enarrat.  
 lib. 11. Enar. 5.



in caeteris omnibus artibus. Nam ne agricolam quidem aut gubernatorem disputatione, sed usu fieri. Ac, nihil istas cogitationes ad medicinam pertinere, eo quoque disci, quod, qui diversa de his senserint, ad eandem tamen sanitatem homines perduxerint. Id enim fecisse, quia non ab obscuris causis, neque à naturalibus actionibus, quae apud eos diversae erant; sed ab experimentis: prout cuique responderant, medendi vias traxerint. Ne inter initia quidem ab istis quaestionibus deductam esse medicinam, sed ab 1 experimentis. Aegrorum enim, qui sine medicis erant, alios propter aviditatem primis diebus protinus cibum assumpsisse, alios propter fastidium 2 abstinuisse, levatumque magis eorum morbum fuisse, qui abstinerant. Itemque alios in ipsa febre aliquid edisse, alios paulo ante eam, alios post remissionem ejus: optime deinde his cessasse, qui post finem febris id fecerant. Eademque ratione alios inter principia protinus usos esse cibo pleniore, alios exiguo; gravioreque eos factos, qui se implerant. Haec similiaque cum quotidie inciderent, diligentes homines 3 notasse, quae plerumque melius responderent: deinde aegrotantibus ea praecipere coepisse. Sic medicinam ortam, subinde aliorum salute, 4 aliorum interitu, perniciofa discernentem à salutaribus. Repertis deinde medicinae remediis, homines de rationibus eorum disserere coepisse: nec post rationem, medicinam esse

15, 25.

1. 3. P. At. l. 5. P. diverso. l. 18. M. F. P. morbum esse. l. 22. M. F. P. fecerint. l. 25. M. F. P. impleverint. l. 32. F. deinde jam remediis. P. deinde medicinae jam remediis.

1 Diod. Sicul. 1. 82. 2 Hippocrat. de Arte T. vi. de Vet. Med. x. 17. x1. 3 Praecept. 11. 26. 27. 4 Cölmell. lib. 1. cap. 1.

se inventam; sed post inventam medicinam, rationem esse quaesitam. Requiritur etiam, ratio idem doceat, quod experientia, an aliud. Si idem, supervacuam esse: si aliud, etiam contrariam. Primo tamen remedia exploranda summa cura fuisse, nunc vero illa explorata esse: neque ulla aut nova genera morborum reperiri, aut novam desiderari medicinam. Quod si jam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obscuris: sed eum protinus visurum, cui morbo id proximum sit; tentaturumque remedia similia illis, quae vicino malo saepe succurrerint; & per ejus similitudinem opem reperturum. Neque enim se dicere, consilio medicum non egere, & irrationabile animal hanc artem posse praestare; sed has latentium rerum conjecturas ad rem non pertinere, quia non interfit, quid morbum faciat, sed quid tollat. Neque ad rem pertinere, quomodo, sed quid optime digeratur: sive hac de causa concoctio intercidat, sive de illa; & sive concoctio sit illa, sive tantum digestio. Neque quaerendum esse, quomodo spiremus; sed, quid gravem tardumque spiritum expediat: neque, quid venas moveat; sed, quid quaeque motus genera significant. Haec autem cognosci experimentis. Et in omnibus ejusmodi cogitationibus in utramque partem differi posse. Itaque ingenium & facundiam vincere: morbos autem, non eloquentia, sed remediis curari. Quae si quis elinguis usu discre-

*l. 2. P. requiritur. l. 3. M. P. F. etiam si ratio. l. 5. P. aliud, esse contrariam. l. 7. M. F. P. vero jam. l. 14. P. istis. l. 22. M. F. P. pertineat. l. cad. P. sed quam id. l. 24. M. F. P. incidat.*

1 Maxim. Tyrius Serm. xl. 2 Lucian. Hippias pag. 503. Tom. II. ed. Bened.

discreta bene norit, hunc aliquanto majorem medicum futurum, quam si sine usu linguam suam excoluerit. Atque ea quidem, de quibus est dictum, supervacua esse tantummodo. Id vero, quod restat, etiam crudele; vivorum hominum alvum atque praecordia incidi; & salutis humanae praesidem artem, non solum pestem alicui, sed hanc etiam atrocissimam inferre: cum praefertim ex his, quae tanta violentia quaerantur, alia non possint omnino cognosci, alia possint etiam sine scelere. Nam colorem, laevorem, mollitiem, duritiem, similiaque omnia, non esse talia, inciso corpore, qualia integro fuerint. Tum quia, corporibus inviolatis, haec tamen metu, dolore, inedia, cruditate, lassitudine, & mille aliis mediocribus affectibus saepe mutantur. Unde multo magis verisimile, interiora, quibus major mollities & lux ipsa nova est, sub gravissimis vulneribus & ipsa trucidatione mutari. Neque quicquam esse stultius, quam quale quid vivo homine est, tale existimare esse moriente, imo jam mortuo. Nam ne uterum quidem, ut nihilominus aërem contineat, spirante homine posse diduci: simulatque vero ferrum ad praecordia accessit, & discissum transversum septum est, quod membrana quadam superiores partes ab inferioribus diducit (*Ἀφ' ὀσφύων* Graeci vocant) hominem protinus animam amittere: itaque demum mortui praecordia & viscus omne in conspectum atrocinantis medici dari: quod necess-

l. 13. M. F. P. livorem l. 15. M. F. P. Quia cum. l. 16. P. inviolata sunt. l. 17. & abest a F. P. l. 19. Unde abest a M. F. P. l. ead. F. P. verisimile est. l. 20. M. F. P. ignorant &. l. 21. M. F. P. nova sit. l. 23. P. F. quidque vivo. l. 25. M. P. Nam uterum. l. ead. M. F. P. quidem, qui minus ad rem pertinet. l. 32. M. F. P. ignorant itaque.

1 Quintil. Declam. VIII. pag. 116. ed. Gron. 2 Aristot. Hist. Anim. III. 2.

*ventrem*

necesse sit tale esse, quale mortui sit, non  
 quale vivi fuit. Itaque consequi medicum,  
 ut hominem crudeliter jugulet; non ut  
 sciat, qualia vivi viscera habeamus. Si quid  
 tamen sit, quod adhuc spirante homine  
 conspectui subjiciatur; id saepe casum of-  
 ferre curantibus. Interdum enim gladi-  
 atorem in arenâ, vel militem in acie, vel  
 viatorem à latronibus exceptum sic vulne-  
 rari, ut ejus interior aliqua pars: & in alio  
 alia, aperiatur; atque ita sedem, positum  
 ordinem, figuram, similiaque cognoscere  
 prudentem medicum, non caedem, sed  
 sanitatem molientem; idque per misericor-  
 diam discere, quod alii dira crudelitate  
 cognoverint. Ob haec, ne mortuorum qui-  
 dem lacerationem necessariam esse. Quae,  
 etsi non crudelis, tamen foeda sit, cum ali-  
 ter pleraque in mortuis se habeant: quan-  
 tum vero in vivis cognosci potest, ipsa cu-  
 ratio ostendat.

Cum haec per multa volumina, perque  
 magnae contentionis disputationes à me-  
 dicis saepe tractata sint atque tractentur:  
 subjiciendum est, quae proxima vero vi-  
 deri possint, neque addicta alterutri opi-  
 nioni, neque ab utraque nimium abhorren-  
 tia, sed media quodammodo inter di-  
 versas sententias, quod in plurimis con-  
 tentionibus deprehendere licet, sine am-  
 bitione verum scrutantibus, perinde ut in  
 hac ipsa re. Nam quae demum causae, vel  
 secundam valetudinem praestent, vel mor-  
 bos excitent; quomodo spiritus, aut cibus,  
 vel

*l. 20. M. F. P. aliqua pars aperiatur, & in ita sedem.*  
*l. 16. M. F. P. Ob hoc. l. 26. M. F. P. possint, ea ne-*  
*que addicta alterutri opinioni, neque sunt ab utraque ni-*  
*mium abhorrentia, media. l. 31. M. F. P. perinde igno-*  
*rant.*

vel deferatur, vel digeratur, ne sapientiae quidem professores scientia comprehendunt, sed conjectura prosequuntur. Cujus

5, 33.

5 certum reperire remedium non potest. Verumque est, ad ipsam curandi rationem nihil plus conferre, quam experientiam.

Quaquam igitur multa sint, ad ipsas artes proprie non pertinentia, tamen eas adjuvant, excitando artificis ingenium. Itaque

10 ista quoque naturae rerum contemplatio, quamvis non faciat medicum, aptiorem tamen medicinae reddit. Profecto verisimile est, & Hippocratem & Erasistratum

406.

29.

15 & quicumque alii, non contenti febres & ulcera<sup>2</sup> agitare, rerum quoque naturam ex aliqua parte scrutati sunt, non ideo quidem medicos fuisse, verum ideo quoque majores medicos extitisse. Ratione vero opus

20 est ipsi medicinae, si non semper inter obscuras causas, neque inter naturales actiones, tamen saepe. Est enim haec ars<sup>3</sup> conjecturalis, neque respondet ei plerumque non solum conjectura, sed etiam experientia.

57, 16.

25 Et interdum non febris, non cibus, non somnus subsequitur, sicut assuevit. Rarius, sed aliquando morbus quoque ipse

5, 22.

30 novus est: quem non incidere, manifeste falsum est; cum aetate nostra quaedam, ex naturalibus partibus carne prolapsa & arente, intra paucas horas expiraverit; sic ut nobilissimi medici neque genus mali, neque remedium invenerint. Quos ideo nihil tentasse judico, quia nemo in splendida persona

persona

*l. 1. M. F. P. vel detrahatur, vel. l. 3. M. F. P. persequuntur. l. 13. M. F. P. Profectum verique simile. l. 20. M. F. P. medicinae, & si non inter. l. 33. M. F. P. Quos ego nihil.*

1 Augustin. de Doctrin. Chr. 11. 39. Hippocr. Epist. ad Thesal. fil. De decent. Ornat. T. 1. 11. 117. 2 i. e. tradere. 3 Hip. Cratev. ep. 17. Plato de Leg. x111. p. 976. T. 11. Arist. Orat. Plat. 1. p. 364.

483, 5.

373 33.

persona periclitari conjectura sua voluerit; ne occidisse, nisi servasset, videretur. Veri tamen simile est, potuisse aliquid excogitare, detracta tali verecundia, & fortasse responsurum fuisse id, quod aliquis esset expertus. Ad quod medicinae genus, neque semper similitudo aliquid confert; & si quando confert, tamen id ipsum rationabile est, inter multa similia genera, & morborum & remediorum, cogitare, quo potissimum medicamento sit utendum. Cum igitur talis res incidit, medicus aliquid oportet inveniat, quod non ubique fortasse; sed saepius tamen etiam respondeat. Petet autem novum quoque consilium, non ab rebus latentibus (istae enim dubiae & incertae sunt) sed ab his, quae explorari possunt; id est, evidentibus causis. Interest enim, fatigatio morbum, an sitis; an frigus, an calor; an vigilia, an fames fecerit; an cibi vini que abundantia, an intemperantia libidinis. Neque ignorare hunc oportet, quae sit aegri natura: humidum magis, an magis siccum corpus ejus sit: validi nervi, an infirmi: frequens adversa valetudo, an rara: eaque, cum est, vehemens esse soleat, an levis; brevis, an longa: quod is vitae genus sit secutus; laboriosum, an quietum; cum luxu, an cum frugalitate. Ex his enim, similibusque, saepe curandi nova ratio ducenda est. Quamvis ne haec quidem sic praeteriri debent, quasi nullam controversiam recipiant. Nam & Erasistratus non ex his fieri morbos dixit; quoniam  
 niam

*l. 3. M. F. P. excogitare ignorant. l. 8. M. F. P. rationale. l. 18. M. F. P. utique.*

niam & alii, & idem alias post ista non febricitarent.

• Et quidam Methodici seculi nostri, sub auctore (ut ipsi videri volunt) Themifone contendunt, nullius causae notitiam quicquam ad curationes pertinere: satisque esse, quaedam communia morborum intueri: & quidem horum tria genera esse, unum adstrictum, alterum fluens, tertium mixtum. Nam modo parum excernere aegros, modo nimium: modo alia parte parum, alia nimium. Haec autem genera morborum, modo acuta esse, modo longa; & modo incrementum, modo consistere, modo minui consuevissent. Cognito igitur eo, quod ex his est, si corpus adstrictum est, digerendum esse: si profluvio laborat, continendum: si mixtum vitium habet, occurrendum subinde vehementiori malo. Et aliter acutis morbis medendum, aliter vetustis: aliter incrementibus, aliter subsistentibus, aliter jam ad sanitatem inclinantibus. Horum observationem medicinam esse, quam ita finiunt, ut quasi viam quandam, quam Graeci nominant, eorumque, quae in morbis communia sunt, contemplatricem esse contendant. Ac neque rationalibus se, neque experimenta tantum spectantibus annumerari volunt: cum ab illis eo nomine dissentiant, quod in conjectura rerum latentium nolunt esse medicinam: ab his eo, quod parum artis esse in observatione experimentorum credunt. Quod ad Erasistratum pertinet, primum, ipsa evidentia ejus  
opini-

---

l. 3. M. F. P. Et quidem Medici. l. 8. M. F. P. Si quidem.  
l. 15. M. P. consueverint. F. consueverunt. l. 27. M. F. P.  
contendant.

opinionem repugnat; quia raro, nisi post horum aliquid, morbus venit. Deinde non sequitur, ut quod alium non afficit, aut eundem alias, id ne alteri quidem, aut eidem tempore alio noceat. Possunt enim quaedam subesse corpori, vel ex infirmitate ejus, vel ex aliquo affectu, quae vel in alio non sunt, vel in hoc alias non fuerunt, eaque per se non tanta, ut concitent morbum; tamen obnoxium magis aliis injuriis corpus efficiant. Quod si contemplationem rerum naturae (quam non temere Medici sibi vendicant) fatis comprehendisset, etiam illud scisset, nihil omnino ob unam causam fieri, sed id pro causa apprehendi, quod contulisse plurimum videtur. Potest autem id, dum solum est, non movere, quod junctum aliis maxime movet. Accedit ad haec, quod ne ipse quidem Erasistratus, qui transfuso in arterias sanguine febrem fieri dicit, idque nimis repleto corpore incidere, reperit, cur ex duobus aequae repletis, alter in morbum incidit, alter omni periculo vacarit; quod quotidie fieri apparet. Ex quo disci potest, ut vera sit illa transfusio, tamen illam non per se, cum plenum corpus est, fieri; sed cum horum aliquid accesserit.

Themisonis vero aemuli, si perpetua, quae promittunt, habent, magis etiam, quam illi, rationales sunt. Neque enim, si quis non omnia tenet, quae rationalis alius probat, protinus alio novo nomine artis indiget: si modo, quod primum est, non me-

---

*l. 9. M. F. P. tanta vi ut concitant. l. 11. M. F. P. efficiunt. l. 12. M. F. P. quam tenere. l. 25. M. F. P. apparet, non disciverit. Ex quo. l. 31. M. F. P. quam ulli.*

*1 De Ver. Med. xxxvi. 18. 2 Horat. 11. Ep. 1. 115. 116. quod medicorum est, promittunt medici.*



memoriae soli, sed rationi quoque insistit. Sin, quod vero propius est; vix ulla perpetua praecepta medicinalis ars recipit, iidem sunt, quod ii, quos experimenta sola sustinent: eo magis, quoniam, si compresserit aliquem morbus, aut fuderit, quilibet etiam imperitissimus videt. Quid autem compressum corpus resolvat, quid solutum teneat, si à ratione tractum est, Rationalis est medicus: sin, ut ei, qui se rationalem negat, confiteri necesse est, ab experientia, Empiricus. Et ita apud eum morbi cognitio extra artem, medicina intra usum est. Neque adjectum quicquam Empiricorum professioni, sed detum est; quoniam illi multa circumspiciunt, hi tantum facillima, & non plus, quam vulgaria. Nam & hi, qui pecoribus ac jumentis medentur, cum propria cujusque ex mutis animalibus nosse non possint, communibus tantummodo insistant. Et exterarum gentes, cum subtilem medicinae rationem non noverint, communia tantum vident. Et qui ample valitudinarios nutriunt, quia singulis summa cura consulere non sustinent, ad communia ista confugiunt. Neque, hercules, istud antiqui medici nescierunt, sed his contenti non fuerunt. Ergo etiam vetustissimus auctor Hippocrates, dixit <sup>2</sup> mederi oportere, & communia, & propria intuentem. Ac ne isti quidem ipsi intra suam professionem consistere ullo modo possunt. Siquidem & compressorum & fluentium morborum genera diversa sunt; facilius

119, 15.

19, 27.  
18, 10.  
96, 15.

*l. 2. M. F. P. si, vero quod propius. l. 6. M. F. P. an fuderit. l. 10. M. F. P. si ut ei. l. 12. M. F. P. Empiricus est. Ita apud. l. 17. P. qui & pecoribus. l. 19. M. F. P. ex multis. l. 20. P. possunt. l. 27. F. P. istud & antiqui.*

<sup>1</sup> De Loc. in Homin. T. L. <sup>2</sup> Epidem. 1. 5. & III. 2.

B

que id in his, quae fluunt, inspici potest. Aliud est enim sanguinem, aliud bilem, aliud cibum vomere: aliud dejectionibus, aliud torminibus laborare: aliud sudore digeri, aliud tabe consumi. Atque in partes quoque humor erumpit, ut oculos, auresque, quo periculo nullum humanum membrum vacat. Nihil autem horum sic, ut aliud curatur. Ita protinus in his a communi fluentis morbi contemplatione ad propriam medicina descendit. Atque in hac quoque rursus alia proprietatis notitia saepe necessaria est: quia non eadem omnibus, etiam in similibus casibus, opitulatur. Siquidem certae quaedam res sunt, quae in pluribus ventrem aut astringunt, aut resolvunt. Inveniuntur tamen, in quibus aliter, atque in cacteris, idem eveniat. In his ergo communium inspectio contraria est, propriorum tantum salutaris. Et causae quoque aestimatio saepe morbum solvit. Ergo etiam ingeniosissimus seculi nostri medicus, quem nuper vidimus, Casius, febricitanti cuidam & magna siti affecto, cum post ebrietatem eum premi coepisse cognosceret, aquam frigidam ingessit. Qua ille epota, cum vini vim miscendo fregisset, protinus febrem somno & sudore discussit. Quod auxilium medicus opportune providit, non ex eo, quod aut strictum corpus erat, aut fluebat; sed ex causa, quae ante praecesserat. Estque etiam proprium aliud: & loci & temporis, istis quoque auctoribus. Qui, cum disputant, quem-

8, 21.  
119, 32.

*I. 1. F. In iis. l. 2. M. vomere. l. 6. M. F. P. ut in oculos. l. 31. F. adstrictum. l. ead. F. ex ea causa.*

1 Aphor. 1. 2. Orat. Thest. filii. 130.

quemadmodum fanis hominibus agendum sit, praecipiunt, ut gravibus aut locis aut temporibus magis vitetur frigus, aestus, fatietas, labor, libido; magisque ut conquiescat iisdem aut locis aut temporibus, si quis gravitatem corporis sentit; ac neque vomitu stomachum, neque purgatione alvum sollicitet. Quae vera quidem sunt; à communibus tamen ad quaedam propria descendunt. Nisi persuadere nobis volunt, fanis quidem considerandum esse, quod coelum, quod tempus anni sit: aegris vero non esse. Quibus tanto magis observatio necessaria est, quanto magis obnoxia 405, 16.  
 15 offensis infirmitas est. Quinetiam morborum in iisdem hominibus aliae atque aliae proprietates sunt: & qui secundis aliquando frustra curatus est, contrariis <sup>1</sup> saepe restituitur. Plurimaque in dando cibo discrimina 20 reperiuntur: ex quibus contentus uno ero. Nam famem facilius fert <sup>2</sup> adolescens, quam puer: <sup>+</sup> facilius in denso coelo, quam in tenui: 32, 25.  
 33, 7.  
 25 inexercitatus, quam exercitatus homo. Saepe autem in eo magis necessaria cibi festinatio est, qui minus inediam tolerat. Ob quae conjicio, eum, qui propria non novit, communia tantum intueri debere: eumque, qui 17, 30.  
 30 nosse propria potest, illa quidem non oportere negligere, sed his quoque insistere. Ideoque, cum par scientia sit, utiliorem tamen medicum esse <sup>3</sup> amicum, quam extraneum. Igitur, ut ad propositum meum redeam,

*l. 19. M. P. blando. l. 23. M. F. P. facilius in hieme. l. 25. M. F. P. homo suscipiet. Saepe. l. 28. M. F. competit.*

*1 Aphor. 11. 22. 2 Aphor. 1. 13. 3 Plaut. Perf. 1v. 4. 46. Hippocrat. Dionys. 29. 30. 31.*

deam, rationalem quidem puto medicinam esse debere: instrui vero ab evidentibus causis, obscuris omnibus, non a cogitatione artificis, sed ab ipsa arte rejectis. Incidere autem vivorum corpora, & crudele, 5  
 & supervacuum est, mortuorum vero, 1  
 12, 11. centibus necessarium. Nam positum & ordinem nosse debent. Quae cadavera melius, quam vivus & vulneratus homo, praesentant. Sed & caetera, quae in vivis 10  
 cognosci modo possunt, in ipsis curationibus vulneratorum paulo tardius, sed aliquanto mitius usus ipse monstrabit. His propositis, primum dicam, quemadmodum Sanos agere conveniat, tum ad ea transibo, 15  
 quae ad Morbos & curationes eorum pertinebunt.

## CAPUT I.

*Quemadmodum sanos agere conveniat.*

SANUS homo, qui & bene valet, & 20  
 suae spontis est, nullis obligare se legibus debet; ac neque medico, neque iatroaliqua egere. Hunc oportet 2 varium habere vitae genus: modo ruri esse, modo in urbe, saepiusque in agro: navigare, venari, quiescere interdum, sed frequenter se exercere. 25  
 28, 12. Siquidem ignavia 3 corpus hebetat, labor firmat, illa maturam senectutem, hic longam adolescentiam reddit. Prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis 30  
 uti: modo ungi, modo id ipsum negligere: nullum cibi genus fugere, quo populus utatur: interdum in convivio esse, interdum

1. G. M. P. F. corpora. l. 11. M. P. F. quae modo &c. l. 13. M. F. P. demonstravit. l. 16. M. P. F. curationesque eorum. l. 23. M. F. Alyria. l. 26. M. F. P. frequentius. l. 33. M. P. F. convivio.

1 Cicero A. Qu. 11. 39. 2 Cael. Aurel. de Morb. Acut. 1. 14. 2. De Diaetal. 1. T. 1. 18. l. 11. T. xxxvii. 13. & 38. 1. Off. Med. xii. 4. Dion. Chryf. Or. 1. p. 5. ed. Caf. Ballad. ad Hipp. l. 1. Epid. p. 251.

dum ab eo se retrahere: modo plus iusto, modo non amplius assumere: 1 bis die potius, 33', 29. quam semel cibum 2 capere: & 3 semper quam plurimum, dummodo hunc concoquat. Sed ut hujus generis exercitationes cibi- que necessarij sunt; sic athletici supervacui. Nam & intermissus propter aliquas civiles necessitates ordo exercitationis corpus affligit: & ea corpora, quae more eorum repleta sunt, celerrime & senescunt, & aegrotant.

*De concubitu.*

Concubitus vero neque nimis concupiscendus, neque nimis pertimescendus est. 15 Rarus, corpus excitat; frequens, 4 solvit. Cum autem frequens, non numero sit, sed natura, ratione aetatis, & corporis, scire licet, eum non inutilem esse, quem corporis neque languor, neque dolor sequitur. 20 Idem interdum pejor, tutior noctu: ita tamen, si neque illum cibus, neque hunc cum vigilia labor statim sequitur. Haec firmis servanda sunt: cavendumque, ne in secunda valetudine adversae praesidia consumantur. 25

C A P. II.

*Quae imbecillis servanda sint.*

AT imbecillis (quo in numero magna pars urbanorum, omnesque pene cupidi literarum s sunt) observatio major, 30 necessaria est: ut, quod vel corporis, 2, 29. vel loci, vel studij ratio detrahit, cura resti-

*l. 12. P. om. De concubitu. l. 27. P. Quae stomacho imbecillis. l. 29. P. Et, l. cad. M. F. P. imbecillis stomacho quo.*

1 Vide Nonn. de Re Cibar. l. 1. c. 4. 2 De Vet. Med. xviii. 3 Casaub. in Athen. ii. 8. 4 De Gen. i. 5. 11: Praed. viii. 15, 16. 5 Nazian. Orat. Fanch. in Basil. Magn.

stituat. Ex his igitur, qui bene concoxit,  
 mane tuto surget: qui parum, quiescere de-  
 bet; &, si mane surgendi necessitas fuerit,  
 25. 27. redormire. Qui non concoxit, ex toto con-  
 24. 8. 14. quiescere, ac neque labori se, neque exer-  
 37. 19. citationi, neque negotio credere. Qui cru-  
 dum sine praecordiorum dolore ructat, is  
 ex intervallo aquam frigidam bibere, & se  
 nihilominus continere. Habitare vero aedi-  
 ficio lucido, perflatum aestivum, hibernum 10  
 solem habente: cavere meridianum<sup>1</sup> so-  
 lem, matutinum & vespertinum frigus;  
 itemque auras fluminum atque stagnorum;  
 minimeque nubilo coelo, soli aperienti se  
 committere, ne modo<sup>2</sup> frigus, modo calor 15  
 moveat: quae res maxime gravedines de-  
 stillationesque concitat. Magis vero † gra-  
 vibus locis ista servanda sunt, in quibus  
 etiam pestilentiam faciunt. Scire autem  
 40. 17. licet, integrum corpus esse, cum quotidie 20  
 mane urina alba, dein rufa est. Illud con-  
 coquere, hoc concoxisse significat. Ubi ex-  
 perrectus est aliquis, paulum intermittere;  
 36. 11. deinde, nisi hiems est, fovere os multa  
 aqua frigida debet. Longis diebus meri- 25  
 diari potius ante cibum; si minus, post  
 eum. Per hiemem potissimum totis nocti-  
 bus conquiescere. Sin lucubrandum est,  
 37. 19. non post cibum id facere, sed post conco-  
 ctionem. Quem interdiu vel domestica, 30  
 vel civilia officia tenuerunt, huic tempus  
 aliquod servandum curationi corporis sui  
 est. Prima autem ejus curatio, exercitatio  
 est, quae semper antecedere cibum debet:  
 in

<sup>1</sup> De Diaeta. III. X. 6. 7. 8. <sup>2</sup> Aphor. III. 1. Epidem VI. 4. 41. 3 Plin. XXVI. 11. 6.

in eo, qui minus laboravit, & bene con-  
 coxit, remiffior: in eo, qui affuetus est, &  
 minus concoxit, amplior. Commode vero  
 exercent, clara lectio, arma, pila, cursus, 38, 26.  
 5 ambulatio, atque haec non utique plana,  
 commodior est: fi quidem melius ascenfus  
 quoque & defcenfus, cum quadam varie-  
 tate corpus moveat; nifi tamen id perquam  
 imbecillum est. Melior autem est sub divo,  
 10 quam in porticu: melior, fi caput patitur,  
 in sole, quam in umbra: melior in umbra,  
 quam parietes aut viridaria efficiunt, quam  
 quae tecto subest: melior recta, quam fle-  
 xuofa. Exercitationis autem plerumque fi-  
 15 nis effe debet: fudor, aut certe lassitudo,  
 quae citra fatigationem fit: idque ipsum,  
 modo minus, modo magis faciendum est.  
 Ac ne his quidem, athletarum exemplo,  
 vel certa effe lex, vel immodicus effe la-  
 20 bor debet. Exercitationem recte fequitur,  
 modo unctio, vel in sole, vel ad ignem; mo-  
 do balneum, fed in conclavi quam maxime  
 & alto & lucido & fpacioso. Ex his vero  
 neutrum femper fieri oportet; fed faepius  
 25 alterutrum, pro corporis natura. Post haec  
 paulum conquiefcere opus est. Ubi ad ci-  
 bum ventum est, nunquam 2 utilis est nimia  
 fatietas: faepe inutilis nimia abftinentia:  
 faepe, fi qua intemperantia subest, tutior est  
 30 in potione, quam in efca. Cibus à falfamen-  
 tis, oleribus, fimilibusque rebus melius in-  
 cipit. Tum caro affumenda est, quae affa  
 optima, aut elixa est. 3 Condita omnia dua-  
 bus de caufis inutilia funt, quoniam & plus  
 pro-

24, 33.

1. 2. M. F. P. *amplior*. 1. cad. M. F. P. *fatigatus*.  
 2. 3. M. F. P. *Remiffior*. 1. 9. P. *dio*. 1. 22. M. F. P.  
 om. in. 1. 24. M. F. P. *faepe*, 1. 27. P. *Saepe*, 1. 29.  
 M. P. *durior*.

1 Epid. vi. 3. 13. 2 Aph. 11. 51. Vet. Med. xv. 10. 15.  
 Tert. carm. ad Sen. Leon. Imp. nov. Conf. 1. Arist.  
 de Mor. 11. 2. 3 Salmaf. ad Simplicium p. 21. 22.

B 4

propter dulcedinem assumitur, & quod modo par est, tamen aegrius concoquitur. Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. Si quis itaque hoc parum valet, palmulas, pomaque, & similia melius primo cibo assumit. Post multas potiones, quae aliquantum sitim excesserunt, nihil edendum est: post satietatem, nihil agendum. Ubi expletus est aliquis, facilius concoquit, si, quicquid assumpsit, potione aquae frigidae includit, tum paulisper invigilat, deinde bene dormit. Si quis interdiu se implevit, post cibum neque frigori, neque aestui, neque labori se debet committere. Neque enim tam facile haec inani corpore, quam repleto nocent. Si quibus de causis futura inedia est, labor omnis vitandus est.

## CAP. III.

*Observationes quaedam, prout res novae incidunt, & corporum genera, & sexus, & aetates, & tempora anni sunt.*

ATQUE haec quidem pene perpetua sunt: quasdam tamen observationes desiderant & novae res, & corporum genera, & sexus, & aetates & tempora anni. Nam neque ex salubri loco in gravem, neque ex gravi in salubrem transitus satis tutus est. Ex salubri in gravem, prima hieme: ex gravi in eum, qui salubris est, prima aestate transire melius est. Neque vero ex multa fame nimia satietas: neque ex nimia satietate fames idonea est. Peri-

12, 20.

13, 27.

*l. 10. F. P. sic. l. 13. F. P. implebit. l. 20. F. P. accidunt. l. 23. P. Utque. In MSS. Almclov. hiatus vacans erat usque ad p. 49.*

1 Aphor. 1. 16.



Periclitaturque &, qui semel, &, qui bis die cibum incontinenter, contra consuetudinem, assumit. Item, neque ex nimio labore subitum ocium, neque ex nimio ocio subitus labor, sine gravi noxa est. Ergo, cum quis mutare aliquid volet, paulatim debet assuescere. Omnem etiam & laborem facilius vel puer vel senex, quam insuetus homo, sustinet. Atque ideo quoque nimis ociosa vita utilis non est; quia potest incidere laboris necessitas. Si quando tamen insuetus aliquis laboravit, aut multo plus, quam solet, etiam is qui assuevit, huic jejuno dormiendum est: multo magis, si etiam os amarum est, vel oculi caligant, aut venter perturbatur. Tum enim non dormiendum tantummodo jejuno est, sed etiam in posterum diem ita permanendum, nisi cito id quies sustulit: Quod si factum est, surgere oportet, & lente paululum ambulare. At si somni necessitas non fuit, quia modice magis aliquis laboravit, tamen ingredi aliquantum eodem modo debet.

Communia deinde omnibus sunt post fatigationem cibum sumpturis, ubi paululum ambulaverunt, si balneum non est, calido loco, vel in sole, vel ad ignem ungi, atque sudare; si est, ante omnia in tepidario residere: deinde, ubi paululum conquieverunt, intrare & descendere in & solium; tum multo oleo ungi, leniterque perfricari; iterum in solium descendere; post haec, os aqua calida fovere, deinde frigida. Balneum his fervens idoneum non est. Ergo si

21, 34

ni-

*l. 9. M. F. quoque minus. l. 18. ita omittunt M. F. P.  
l. 23. M. F. P. aliqui & eodem.*

1 Aphor. 11. 50. 11. De Diaet. vliiv. 2. 3. 2 Aph.  
11. 49. 4 Alveum A. ad Heren. lib. 1v. 10.

nimum alicui fatigato pene febris est, huic abunde est, loco tepido demittere se inguibus tenus in aquam calidam, cui paulum olei adjectum sit: deinde totum quidem corpus, maxime tamen eas partes, quae in aqua fuerunt, leniter perfricare ex oleo, cui vinum & paulum contriti salis sit adjectum. Post haec omnibus fatigatis aptum est, cibum sumere, eoque humido uti; aqua, vel certe diluta potione esse contentos; maximeque ea, quae moveat urinam. Illud quoque nosse oportet, quod ex labore sudanti frigidae potio perniciosissima est: atque etiam, cum sudor remisit, itinere fatigatis inutilis. A balneo quoque venientibus Asclepiades inutilem eam iudicavit. Quod in his verum est, quibus alvus facile, nec tuto, resolvitur, quique facile inhorrescunt: perpetuum in omnibus non est, cum potius naturale sit, potione aestuantem stomachum refrigerari, frigentem calefieri. Quod ita praecipio, ut tamen fatear, ne ex hac quidem causa sudanti adhuc frigidam bibendam esse. Solet etiam prodesse, post varium cibum, frequentesque dilutas potiones, vomitus, & postero die longa quies, deinde modica exercitatio. Si assidua oscitatio urget, invicem modo aqua, modo vinum bibendum est, raroque balneo utendum. Levatque lassitudinem etiam laboris mutatio: eumque quem novum genus cuiusdam laboris preffit, id, quod in consuetudine est, reficit. Fatigato quotidianum cubile tutissimum est: insolitum con-

2. 4. M. F. P. adjectum, deinde. l. 13. M. F. frigida. l. 25. P. a balneo. l. 17. iis l. 24. M. F. frigidum bibendum. l. 28. M. F. P. assidua fatigatio. l. 31. M. F. ejusdem laboris.

x Aphor. 11. 48.

contra, lassat. Quod enim contra  $\bar{r}$  consuetudinem est, nocet; seu molle, seu durum est.

Proprie quaedam ad eum pertinent, qui  
 5 ambulando fatigatur. Hunc reficit in ipso  
 quoque itinere frequens frictio: post iter,  
 primum sedile, deinde unctio; tum calida  
 aqua aut balneo magis inferiores partes, quam  
 superiores foveat. Si quis vero exustus in  
 10 sole est, huic in balneum protinus eundem  
 est, perfundendumque oleo corpus & caput:  
 deinde in folium bene calidum descendendum  
 est, tum multa aqua per caput infundenda  
 prius calida, deinde frigida est.  
 15 At ei, qui perfrixit, opus est in laconico  
 primum involuto sedere, donec insudet;  
 tum ungi; deinde lavari: cibum modicum,  
 potiones meracas assumere.

Is vero, qui navigavit, & nausea pressus  
 20 est, si multam bilem evomuit, vel abstinere  
 cibo debet, vel paulum aliquid assumere.  
 Si pituitam acidam effudit, utique sumere  
 cibum, sed afflueto leviolem: si sine vomitu  
 nauiseavit: vel abstinere, vel post cibum  
 25 vomere. Qui vero toto die, vel in vehiculo,  
 vel in spectaculis sedet, huic nihil  
 currendum, sed lente ambulandum est.  
 Lenta quoque in balneo mora, dein coena  
 exigua prodesse consueverunt. Si quis in  
 30 balneo aestuat, reficit hunc ore exceptum,  
 & in eo retentum acetum: si id non est, eodem  
 modo frigida aqua assumpta. Ante omnia  
 autem scire convenit  $\bar{z}$  naturam corporis:  
 quia alii graciles, alii obesi sunt; alii  
 ca-

*l. 8. M. F. P. aqua in balneo magis superiores partes, quam inferiores foveat. l. 14. M. F. P. omitunt est. l. 15. M. F. P. est in balneo. l. 18. P. deinde potiones. l. 24. P. vomitu nausea fuit. l. 26. M. F. sedet. l. 29. consueverunt. l. 33. P. omnia autem scire convenit  $\bar{z}$  naturam sui corporis: quoniam alii.*

$\bar{r}$  Aphor. II. 50.  $\bar{z}$  Cicero de Orat. II. 44.

calidi, alii frigidiores; alii humidi, alii sic-  
ciores; alios adstricta, alios resoluta alvus  
exercet. Raro quisquam non aliquam par-  
tem corporis imbecillam habet. Tenuis  
vero homo implere se debet, plenus extenu- 5  
are, calidus refrigerare, frigidus calefa-  
cere, madens siccare, siccus madefacere.  
itemque alvum firmare is, cui fusa: solvere  
is, cui adstricta est. Succurrendumque sem- 10  
per parti maxime laboranti est.

*De causis, quae implent corpus.*

30, 28. Implet autem corpus modica <sup>1</sup> exercita-  
tio, frequentior quies, unctio, &, si post  
prandium est, balneum, contracta alvus,  
modicum frigus hieme, <sup>f</sup> somnus plenus & 15  
non multum nimis longus, molle cubile,  
animi securitas, assumpta per cibos & po-  
tiones maxime dulcia & pinguia, frequen-  
tior cibus, &, quantum plenissime potest  
digerere. 20

40, 6.

*De his, quae extenuant corpus.*

Extenuat corpus aqua calida, si quis in  
eam descendit, magisque si falsa est: in je-  
juno balneum, inurens sol, & omnis ca-  
lor, cura, vigilia, somnus nimium vel 25  
brevis vel longus: lectus, per aestatem, terra;  
hieme, durum cubile: cursus, multa am-  
bulatio, omnisque vehemens exercitatio,  
vomitus, dejectio, acidae res & austerae, &  
semel in die assumptae epulae, & vini non 30  
perfrigidi potio jejuno in consuetudinem  
adducta.

Cum vero inter extenuantia posuerim  
vomitum & dejectionem, de his quoque  
pro-

*l. 1. M. F. P. sicc. l. 11. M. F. omittunt in script. l. 13.  
P. unctio omit. l. 15. P. P. somnus & plenus. l. 16. F. P.  
non nimis longus. l. 18. 19. M. F. cibus & frequentior. l.  
21. M. F. omittunt in script. l. 23. M. F. P. jejunis. l. 30.  
M. F. P. semel die. l. 31. M. F. P. jejuno potio.*

1 Calliodor. Variar. 1. Ep. 39.

propria quaedam dicenda sunt. Reiectum  
 esse ab Aesclepiade vomitum in eo volu-  
 mine, quod de tuenda sanitate composuit,  
 video: neque reprehendo, si offensus eorum  
 5 est consuetudine, qui quotidie ejiciendo  
 vorandi facultatem moliantur. Paulo etiam  
 longius processit. Idem purgationes 1 quo-  
 que eodem volumine expulit. Et sunt hae  
 10 perniciosae, si nimis valentibus medica-  
 mentis fiunt. Sed haec tamen submoven-  
 da esse, non est perpetuum: quia cor-  
 porum temporumque ratio potest ea fa-  
 cere necessaria, dum & modo, & non nisi  
 cum opus est, adhibeantur. Ergo ille quo-  
 15 que ipse, si quid jam corruptum esset, ex-  
 pelli debere confessus est. Ita non ex toto  
 res condemnanda est. Sed esse ejus etiam  
 plures causae possunt: estque in ea quaedam  
 paulo subtilior observatio adhibenda.

85, 7.  
118, 10.

51, 14.

20 *De Vomitu.*

87.

Vomitus utilior est 2 hieme, quam ae-  
 state. Nam tum & pituitae plus, & capitis  
 gravitas major subest. 3 Inutilis est gracili-  
 bus, & imbecillum stomachum habentibus,  
 25 utilis vero plenis & biliosis omnibus, si  
 nimium se replerunt, vel parum conco-  
 xerunt. Nam, si plus est, quam quod con-  
 coqui possit, periclitari, ne corrumpatur,  
 non oportet: si jam corruptum est, nihil  
 30 commodius est, quam id, qua via 4 primum  
 expelli potest, ejicere. 5 Itaque, ubi amari-  
 ructus cum dolore & gravitate praecor-  
 diorum sunt, ad hunc protinus confugien-  
 dum est. Idem prodest ei, cui pectus 7 aestuat  
 &

*l. 1. M. F. P. proprie. l. ead. M. F. P. ejectum. l. 20. M. F. P. omittunt. inscript. l. 25. M. F. P. utilis est plenis. l. 29. F. P. si vero corruptum est.*

1 Scribon. Larg. Epist. ad Calist. 2 De Salubr. diaet. 3 Aph. iv. 6. 4 De loc. in Hom. L. v. 11. 12. 5 Soran. Ephes. Itagog. c. 7. 7. Aph. iv. 17.

& frequens saliva, vel nausea est; aut sonant aures, aut madent oculi, aut os amarum est. Similiterque ei, qui vel coelum, vel locum mutat; hisque, quibus, si per plures dies non vomuerunt, dolor praecordia infestat. Neque ignoro, inter haec praecipui quietem, quae non semper contingere potest agendi necessitatem habentibus: nec in omnibus idem facit. Itaque istud luxuriae causa fieri non oportere confiteor: interdum valetudinis causa recte fieri, experimentis credo. Commoneo tamen, ne quis, qui valere & senescere volet, hoc quotidianum habeat. Qui vomere post cibum volet, si ex facili facit, aquam tantum tepidam ante debet assumere; si difficilius, aquae vel salis, vel mellis paulum adjicere. At, qui mane vomiturus est, ante bibere mulsam, vel hyssopum esse, aut radiculam debet; deinde aquam tepidam, ut supra scriptum est, bibere. Caetera, quae antiqui medici praeceperunt, stomachum omnia infestant. Post vomitum, si stomachus infirmus est, paulum cibi, sed hujus idonei, gustandum; & aquae frigidae cyathi tres bibendi sunt, siquidem vomitus fauces exasperavit. Qui vomuit, si mane id fecit, ambulare debet, tum ungi, deinde coenare; si post coenam, postero die lavari, & in balneo sudare. Huic proximus cibus mediocris utilior est: isque esse debet cum pane hesterno, vino austero meraco, & carne assa, cibisque omnibus quam siccissimis. Qui vomere bis in mense vult, melius

---

*l. 1. M. F. P. aut cui sonant. l. 4. F. P. iisque. l. 19. M. P. F. isopum aut esse. l. 26. M. F. P. si autem vomitus. l. 30. M. F. P. Hinc proximus.*

1 Aphor. IV. 17. Coac. Praenot. 209. 2 Soran. Ephes. 1. Hag. c. VII.

lius consulet, si biduo ⁊ continuarit, quam si post quintum decimum diem, vomuerit; nisi haec mora gravitatem pectori faciet.

*De Dejectionibus.*

- 5 Dejectio autem à medicamento quoque petenda est, ubi venter suppressus parum reddit, ex eoque inflationes, caligines, capitis dolores, aliaque superioris partis mala increscunt. Quid enim inter haec adjuvare  
10 possunt quies & inedia, per quae illa maxime eveniunt? Qui dejicere volet, primum cibis vinisque utatur his, quae hoc praestant. Dehinc, si parum illa proficiunt, aloën sumat. Sed purgationes quoque, ut interdum necessariae sunt, sic, ubi frequentes  
15 sunt, periculum afferunt. Afluescit enim non ali corpus; & ob hoc infirmum erit: cum omnibus morbis obnoxia maxime infirmitas sit.

20 *De his, quae calefaciunt & refrigerant corpus.*

- Calefaciunt unctio, aqua ⁊ salsa, magisque si calida est; omnia salsa, vinum austerrum. Contra ⁊ refrigerant, in jejuno, amara, carnosâ; si post cibum est, balneum, &  
25 fomnus, nisi nimis longus est, & omnia acida: aqua quam frigidissima: oleum, si aqua miscetur; & lotus.

*De his, quae humidant, & siccant.*

- † Humidant autem corpus labor minor,  
30 quam ex consuetudine, frequens balneum; cibis plenior, multa potio; post hanc, ambulatio, & + vigilia. Per se quoque ambulatio multa & vehemens, & matutinae exerci-  
ta-

l. 4. M. F. omitt. *De Dejectionibus.* l. 5. à abest ab M. F. P. l. 7. M. F. P. ex eoque inflammationes. l. 10. M. F. P. inedia, quae per illas. l. 11. M. F. P. ejicere. l. 12. M. F. P. utetur. ibid. M. praestent. l. 13. M. F. P. proficiunt. l. 20. Lemma abest ab M. F. l. 21. M. F. P. calefacit; autem unctio. l. 23. M. F. P. omnia salsa, amara, carnosâ, si post cibum est, balneum, vinum austerrum. Refrigerat in jejuno. F. P. jejuno & balneum. l. 26. M. F. P. aquae miscetur. l. 28. & lotus abest a F. P. l. 29. Lemma deest in M. F. l. ead. M. F. P. Humidum autem corpus efficit labor major. l. 32. M. P. F. post haec. l. 34. M. F. P. matut. exercitatio & non.

1 De Salubri Diaet. T. VII. 2 II. De diaet. xxxv. 4. 3 De diaeta xxxv. 7. 4 Siccare, ait Galenus M. Med. c. 7.

tationi non protinus cibus adjectus; ea genera escae, quae veniunt ex locis frigidis, & pluviis, & riguis. Contra siccant immodica exercitatio, fames, unctio, sine aqua calor, sal immodicus, frigida aqua, cibus exercitationi statim subjectus, & is ipse ex siccis & aestuosis locis veniens.

*De his, quae alvum adstringunt & solvunt.*

106. Alvum adstringit labor, fedile, creta  
 107. figularis corpori illita, cibus imminutus, & is ipse semel die assumptus ab eo, qui bis solet: exigua potio, neque adhibita, nisi cum cibi quis quantum assumpturus est, cepit: post cibum quies. Contra solvit aucta ambulatio atque esca, motus qui post cibum est, subinde potiones cibo immixtae. Illud quoque scire oportet, quod ventrem vomitus solutum comprimit, compressum solvit. Itemque comprimit is vomitus, qui statim post cibum est: solvit is, qui tarde supervenit.

*De aetatum varietate.*

- 19, 19. Quod ad aetates vero pertinet, inediam facillime sustinent, mediae aetates, minus juvenes, minime pueri & senectute confecti. Quo minus fert facile quisque, eo saepius debet cibum assumere; maximeque eo eget, qui increfcit. Calida lavatio, & pueris & senibus apta est. Vinum dilutius pueris, senibus meracius, neutri aetati, quae inflationes movent. Juvenum minus, quae assumant, & quomodo curentur, interest. Quibus juvenibus fluxit alvus, plerumque in

*l. 3. M. F. P. irriguis, & siccata modica. l. 5. M. F. P. sol modicus. l. 9. M. F. omittunt lemma. l. 16. M. F. P. esca; post motus. l. 23. lemma deest in M. F.*

1 Aphor. 7, 13, 14. 2 Aphor. 1, 14. Cassii Medic. Probl. 46. 3 Aphor. 11, 20, 53.



in senectute contrahitur. Quibus in adolescentia fuit adstricta, saepe in senectute solvitur. <sup>1</sup> Melior est autem in juvene fufior, in sene adstrictior.

5 *De varietate temporum.*

Tempus quoque anni considerare oportet. Hieme plus esse <sup>2</sup> convenit; minus, sed meracius bibere; multo pane uti, carne <sup>19, 25.</sup> potius elixa, modice oleribus; semel die cibum capere, nisi si nimis venter adstrictus est. Si prandet aliquis, utilius est exiguum aliquid, & ipsum siccum sine carne, sine potione sumere. Eo tempore anni calidis omnibus potius utendum est, vel calorem <sup>15</sup> moventibus. Venus tum non aequè perniciosa est. At vere <sup>3</sup> paulum cibo demendum, adjiciendumque potioni, sed dilutius tamen bibendum est: magis carne utendum, magis oleribus, transeundum paulatim ab elixis ad assa. Venus eo tempore <sup>20</sup> anni tutissima est.

*De diaeta ciborum potionumque.*

Aestate vero & <sup>4</sup> potione & cibo saepius corpus eget; ideo prandere quoque commodum est. Eo tempore aptissima sunt & <sup>25</sup> caro & olus: potio quam dilutissima, ut & sitim tollat, nec corpus incendat: frigida lavatio, caro assa, frigidi cibi, vel qui refrigerent. Ut saepius autem cibo utendum, <sup>12, 2.</sup> sic exiguo est. <sup>30</sup>

*Autumnalis diaeta.*

Per autumnum vero, propter <sup>5</sup> coeli varietatem, periculum maximum est. Itaque neque sine veste, neque sine calceamentis <sup>42, 21.</sup>

*1. 4. P. in senectute. 1. 5. Abest lemma a M. F. atque etiam in seqq. 1. 20. F. P. ad assa ab elixis. 1. 23. M. F. P. corpus saepius. 1. 26. P. ut sitim. 1. 32. M. F. P. ignorant vero. 1. 34. F. P. calciamentis.*

<sup>1</sup> Aph. 11. 53. <sup>2</sup> De Sal. diaet. 1. 2. De diaet. 111. 111. N. 11. 12. 13. Aph. 1. 15. Orib. Sard. de Vict. rat. Aegin. 1. 53. <sup>3</sup> De Sal. diaet. 1. 8. <sup>4</sup> De diaet. tal. 1. 17. <sup>5</sup> Aph. 111. 4.

mentis prodire oportet, praecipueque diebus frigidioribus, neque sub divo noctu dormire, aut certe bene operiri. Cibo vero jam paulo <sup>1</sup> pleniore uti licet; minus, sed, meracius bibere. Poma <sup>2</sup> nocere quidam <sup>5</sup> putant, quae immodice toto die plerumque sic assumuntur, ut ne quid ex densiore cibo remittatur. Ita non haec, sed <sup>3</sup> consummatio omnium nocet. Ex quibus in nullo tamen minus, quam in his noxa est. Sed his uti non <sup>10</sup> saepius, quam alio cibo convenit. Denique aliquid densiori cibo, cum hic accedit, necessarium est demi. Neque <sup>4</sup> aestate vero, neque autumno utilis venus est. Tolerabilior tamen per autumnum: aestate in to- <sup>15</sup> tum, si fieri potest, abstinendum est.

## C A P. IV.

*De his, quibus Caput infirmum est.*

**P**ROXIMUM est, ut de his dicam, qui partes aliquas corporis imbecillas ha- <sup>20</sup> bent. Cui caput infirmum est, is si bene concoxit, leniter perfricare id mane manibus suis debet; nunquam id, si fieri potest, veste velare, aut ad cutem tondere: utileque lunam <sup>5</sup> vitare, maximeque ante <sup>25</sup> ipsum lunae solisque concursum: sed nunquam post cibum progredi. Si cui capilli sunt, eos quotidie pectere: multum ambulare; sed, si licet, neque sub tecto, neque in sole: utique autem vitare solis ardorem, <sup>30</sup> maximeque post cibum & vinum: potius ungi, quam lavari; nunquam ad flammam ungi, interdum ad prunam. Si in balneum venit,

*1. 2. M. F. P. sub divo nocte. l. 7. M. F. P. ignorant ut. l. 8. M. F. P. noxae. l. 16. est omit. M. F. P. l. 18. M. F. P. De his (F. iis) qui aliqua parte corporis laborant; & primum de his (F. de iis), quibus caput infirmum est. l. 20. F. de iis. l. 23. M. F. P. concoxerit. l. 24. P. manibus debet. l. 25. F. P. tonderi. l. 33. M. F. P. ubique.*

<sup>1</sup> De Salubr. Diæt. 1. 15. <sup>2</sup> Aeginet. 1. 53. de Affect. L. 1. 3. <sup>3</sup> Aphor. 11. 51. Actuar. M. M. 111. 9. <sup>4</sup> Aëtius Tetrab. 1. Serm. 111. c. 8. <sup>5</sup> Macrob. Saturn. vii. 16.

venit, sub veste primum paulum in tepidario infudare, ibi ungi, tum transire in calidarium: ubi sudarit, in folium non descendere, sed multa calida aqua per caput  
 5 se totum perfundere, tum tepida, dein frigida; diutiusque ea caput, quam caeteras  
 10 partes perfundere; deinde id aliquandiu perfricare; novissime detergere & ungere. Capiti nihil aequae prodest atque aqua frigida. Itaque is, cui hoc infirmum est, per  
 aestatem id bene largo canali quotidie debet aliquandiu subjicere. Semper autem,  
 15 etiam si sine balneo unctus est, neque totum corpus refrigerari sustinet, caput tamen aqua frigida perfundere. Sed cum caeteras partes attingi nolit, demittere id, ne  
 ad cervices aqua descendat; eamque, ne quid oculis, aliisve partibus noceat, defluentem subinde manibus ad hoc regere.  
 20 re. Huic modicus cibus necessarius est, quem facile concoquat: iisque, si jejuno caput laeditur, assumendus etiam medio die est: si non laeditur, semel potius. Bibere huic assidue vinum dilutum lene, quam  
 25 aquam, magis expedit; ut, cum caput gravius esse coeperit, sit, quo confugiat, eaque ex toto neque vinum, neque aqua semper utilia sunt: medicamentum utrumque est, cum invicem assumitur. Scribere, legere,  
 30 voce contendere, huic opus non est, utique post coenam: postquam nec cogitatio quidem ei satis tuta est; maxime tamen vomitus alienus est.

36, 52.  
39, 30.

24, 8.

## CAP.

*l. 3. F. P. sudabit. l. 14. M. F. P. refrigerare. l. 19. M. F. ad os regere. P. ad os regere. l. 21. M. F. P. jejuno, l. 24. M. F. P. leve.*

*De his, qui lippitudine, gravedine, destillatione, tonfillisque laborant.*

35, 9. NEQUE vero his solis, quos capitis im-  
becillitas torquet, usus aquae frigidae 5  
prodest; sed iis etiam, quos assiduae lip-  
pitudines, gravedines, destillationes, ton-  
fillaeque male habent. His autem non  
caput tantum quotidie perfundendum; sed  
22, 24. os quoque multa frigida aqua fovendum 10  
est: praecipueque omnibus, quibus hoc  
utile auxilium est, eo utendum est, ubi  
gravius coelum Austri reddiderunt. Cum-  
que omnibus inutilis sit post cibum aut  
24, 8. contentio, aut fatigatio animi; tum his 15  
praecipue, qui vel capitis, vel arteriae do-  
lores habere consueverunt, vel quoslibet  
alios oris affectus. Vitari etiam gravedi-  
nes, destillationesque possunt, si quam mi-  
nime is, † qui his opportunus est, aërem 20  
vel loca aquasque mutat; si caput in sole  
protegit, ne incendatur, neve subitum ex  
repentino nubilo frigus dimoveat: si post  
concoctionem jejunos caput radit: si post  
cibum neque legit, neque scribit. 25

## CAP. VI.

*Ad solutam Alvi remedia.*

QUEM vero frequenter cita alvus  
exercet, huic opus est, pila simili-  
busque superiores partes exercere; 30  
dum jejunos est, ambulare; vitare so-  
lis nimium ardorem, continua balnea;  
ungi

*l. 2. F. De iis. l. 4. F. iis solis. l. 6. P. sed bis. l. 7. M. F. P. assidua. l. 10. M. F. P. perfundendum est, sed. l. 16. M. P. cogitatio animi. F. agitatio animi, & tum iis. l. 17. M. F. consueverunt. l. 21. M. F. P. minime eum . . . mutet. l. 24. M. F. P. frigus id moveat.*

ungi citra sudorem : non uti cibis variis ,  
 minimeque jurulentis aut leguminibus ,  
 oleribusve his , quae celeriter descendunt ;  
 omnia denique sumere , quae tarde conco-  
 5 quuntur. Venatio , durique pisces , & ex  
 domesticis animalibus assa caro maxime 108, 1.  
 juvant. Nunquam vinum falsum bibere  
 expedit , ne tenue quidem ; aut dulce ; sed  
 austerum , & plenius , neque id ipsum per-  
 10 vetus. Si mulso uti volet , id ex decocto  
 melle faciendum est. Si frigidae potiones  
 ventrem ejus non turbant , his utendum  
 potissimum est. Si quid offensae in coena  
 sensit , vomere debet ; idque postero quo-  
 15 que die facere : tertio , modici ponderis pa-  
 nem ex vino esse ; aut ova fricta ex oleo ,  
 vel ex defruto , similibusque aliis : deinde ,  
 ad consuetudinem redire. Semper autem 24, 8.  
 post cibum conquiescere , ac neque inten- 22, 28.  
 20 dere animum , neque ambulatione quamvis  
 leni dimoveri.

## C A P. VII.

*Remedia ad Coli dolorem.*

25 **A**T si laxius intestinum dolere con-  
 suevit , quod κέλον nominant , cum  
 id nihil nisi genus inflationis sit , id agen-  
 dum est , ut concoquat aliquis ; ut lectione ,  
 & aliis generibus exerceatur ; utatur balneo  
 calido , cibis quoque & potionibus calidis ;  
 30 denique omnimodo frigus evitet , item dul-  
 cia omnia , leguminaque , & quicquid in-  
 flare consuevit.

## CAP.

*l. 2. P. virulentis. l. 3. F. iis, quae. l. 4. F. P. fu-  
 gere, quae. l. 16. M. F. P. esse, adjecta uva vel olea,  
 vel ex. l. 21. M. F. P. levi. l. 23. P. coli. l. 24. P.  
 Et fi. l. 25. F. colum. P. κέλον.*

## CAP. VIII.

*Quae agenda sint Stomacho laborantibus.*

**S**I quis vero stomacho laborat, legere  
clare debet; post lectionem ambulare;  
tum pila, vel armis, aliove quo genere, 5  
quo superior pars movetur, exerceri. Non  
aquam, sed vinum calidum bibere jejunos.  
Cibum bis die assumere; sic tamen, ut faci-  
le concoquat. Uti vino tenui & austero;  
& post cibum, frigidis potionibus potius. 10  
Stomachum autem infirmum indicant pal-  
lor, macies, praecordiorum dolor, nau-  
sea, & nolentium vomitus, in jejuno do-  
lor capitis. Quae in quo non sunt, is fir-  
mi stomachi est. Neque credendum uti 15  
que nostris est, qui cum in adversa valetu-  
dine vinum aut frigidam aquam concu-  
pierunt, deliciarum patrocinium in accusa-  
tionem non merentis stomachi habent. At,  
qui tarde concoquant, & quorum ideo 20  
praecordia inflantur, quive propter ardo-  
rem aliquem noctu<sup>1</sup> sitire consueverunt,  
antequam conquiescant, duos tresve cya-  
thos per tenuem fistulam bibant. Prodest  
etiam adversus tardam concoctionem cla- 25  
re legere, deinde ambulare, tum vel ungi  
vel lavari; assidue vinum frigidum bibe-  
re; & post cibum, magnam potionem, sed,  
ut supra dixi, per siphonem: deinde omnes 30  
24, II. potiones aqua frigida includere. Cui vero  
cibus acescit, is ante eum bibere aquam  
egelidam debet, & vomere. At si cui ex  
hoc frequens dejectio incidit, quotiens  
alvus

1. 8. M. F. P. Tum cibum. l. 14. M. quem quo non.  
l. 22. M. F. consueverunt. l. 27. M. P. lavari assidue:  
vinum. l. 32. M. F. P. At is cui.

1 Aphor. v. 27.

alvus ei constiterit, frigida potione potissimum utatur.

## C A P. I X.

*Quid observandum sit dolore Nervorum laborantibus.*

5 **S**I cui vero dolere nervi solent, quod in podagra chiragrave esse consuevit, huic, quantum fieri potest, exercendum id est, quod affectum est, objiciendum-  
10 que labori & frigori: nisi cum dolor increvit, sub quo quies optima est. Venus semper inimica est. Concoctio, sicut in omnibus corporis affectibus, necessaria. Cruditas enim id maxime laedit, & quo-  
15 tiens offensum corpus est, vitiosa pars maxime sentit. Ut concoctio autem omnibus vitiis occurrit, sic rursus aliis frigus, aliis calor. Quae sequi quisque pro habitu corporis sui debet. Frigus inimicum est  
20 seni, tenui vulnere, 2 praecordiiis, intestinis, 46, 14. vesicae, auribus; coxis, scapulis, naturalibus, 3 ossibus, dentibus, nervis, vulvae, cerebro. 75, 34. Idem summam cutem facit pallidam, aridam, 4 duram, nigram. Ex hoc horrores tremoresque nascuntur. At prodest 5 juvenibus, & omnibus plenis. Erectiorque mens est, & melius concoquitur, ubi frigus quidem est, sed cavetur. Aqua vero frigida  
25 infusa, praeterquam capiti, etiam stomacho 35, 9. prodest. 6 Item articulis doloribusque, qui sunt sine ulceribus. 7 Item rubicundis nimis hominibus, si dolore vacant. Calor autem adjuvat omnia, quae frigus infestat: item  
30 lip-

*.l. 11. M. sub divo. F. P. sub dio. l. 12. F. M. sicuti. l. 13. M. F. P. necessaria est. l. 26. P. rectiorque. l. 30. M. articulis, doloribus, qui. F. articulis doloribusque, qui. P. articulum doloribus, qui.*

1 Aph. 111, 2. 2 Aph. v, 24. 3 Aph. v, 18. 4 Aph. v, 20. 5 Aph. v, 21. 6 Aph. v, 25. 7 Aph. v, 23.

C 4

lippientes, si nec dolor, nec lachrymae sunt: nervos<sup>1</sup> quoque, qui contrahuntur, praecipueque ea ulcera, quae ex frigore fiunt. Idem corporis colorem bonum facit: urinam movet. Si nimius est, corpus<sup>2</sup> effeminat, nervos<sup>3</sup> emollit, stomachum solvit. Minime vero aut frigus aut calor tuta sunt, ubi<sup>4</sup> subita insuetis sunt. Nam frigus, lateris dolores, aliaque vitia; frigida aqua, strumas excitat. Calor concoc-  
 18, 22. tionem prohibet, somnum aufert, sudorem digerit, obnoxium morbis pestilentibus corpus efficit. 5. 10

## CAP. X.

*Observatio in Pestilentia.*

15

**E**sse etiam observatio necessaria, qua quis in pestilentia utatur adhuc integer, cum tamen securus esse non possit. Tum igitur oportet peregrinari, navigare. Ubi id non licet, gestari, ambulare sub divo, ante aestum, leniter; eodemque modo un-  
 22, 4. gi: &, ut supra comprehensum est, vitare fatigationem, cruditatem, frigus, calorem, libidinem: multoque magis se continere. Si qua gravitas in corpore est, tum neque  
 25 mane surgendum, neque pedibus nudis ambulandum est, minimeque post cibum, aut balneum: neque jejuno, neque coenato vomendum est: neque movenda alvus; atque etiam, si per se mota est, compri-  
 30 menda est. Abstinendum potius, si plenus corpus est. Itemque vitandum balneum, sudor, meridianus somnus, utique si ci-

---

L. 21. F.P. Sub divo.

1 Aphor. v. 22. 2 Aphor. v. 16. 3 Aphor. v. 22. 4 Aphor. III.



fi cibus quoque antecessit; qui tamen semel die tunc commodius assumitur: insuper etiam modicus, ne cruditatem moveat. Alternis diebus invicem, modo aqua, modo vinum bibendum est. Quibus servatis, ex reliqua victus consuetudine quam minimum mutari debet. Cum vero haec in omni pestilentia facienda sint, tum in ea maxime, quam Austri excitarint.

Atque etiam peregrinantibus eadem necessaria sunt, ubi gravi tempore anni discesserunt ex suis sedibus, vel ubi in graves regiones venerunt. Ac si caetera res aliqua prohibebit, utique abstinere debet: atque ita à vino ad aquam, ab hac ad vinum, eo, qui supra positus est, modo, transitus ei esse.

---

## LIBER SECUNDUS.

### *Praefatio.*

**I**NSTANTIS autem valetudinis signa complura sunt. In quibus explicandis non dubitabo auctoritate antiquorum virorum uti, maximeque Hippocratis; cum recentiores quoque medici, quamvis in curationibus mutant, tamen haec illum optime praefagisse fateantur. Sed antequam dico, quibus praecedentibus morborum timor subsit; non alienum videtur exponere, quae tempora anni, quae tempestatum genera, quae partes aetatis, qualia

---

*l. 15. M. F. P. ab vino. l. 18. M. F. CORNELII CELSI DE MEDICINA LIBER II. P. ARTIUM AURELII CORNELII CELSI libri primi finis. Incipit secundus de signis & communibus auxiliis. l. 20. M. F. P. autem ad-versae valetudinis. l. 26. M. F. P. quamvis quaedam in.*